

## FESTUS: De verborum significatu

*Plautus:*

**Clientam** pro cliente Plautus dixit.

**Dirigere** apud Plautum invenitur pro discidere.

**Manticularum** Plautus hoc significare videtur, quibus quotidie parvae noxae extergerantur. Frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum.

**Occedamus** Plautus ponit pro contra cedamus, cum plurimae aliae praepositiones familiariores huic verbo sint.

**Occidamus** Plautus posuit pro contra cedamus.

**Praestinare** apud Plautum praeemere est, id est emendo tenere.

**Prosedas** meretrices Plautus appellat, quae ante stabula sedeant. Eaedem et prostibula.

**Plotos** Maccius poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitia initio Plotus, postea Plautus coeptus est dici.

**Ploti** appellantur, qui sunt planis pedibus. Unde et poeta Accius, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planicie initio Plotus, postea Plautus est dictus. Soleas quoque dimidiatas, quibus utebantur in verando, quo planius pedem ponerent, semiplotia appellabant.

*Aulularia:*

- v 50 (?) **Argus ocaleus.** Argus nomen est hominis, qui fuisse fingitur oculis plenus.  
- 162-64 **Postumus** cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia (162): „Post medium aetatem qui media dicit uxorem domum, si eam senex anum praegnatem fortuito fecerit, quid dubitas, quin sit paratum his nomen pueris „Postume“?“

- 324 **Nundinalem cocum** Plautus dixit in Aulularia (324): "Cucus ille nundinale est, in nonum diem solet ire coctum"; hic ab aliis novendialis appellatur et cocum viliorem significat, quem .....ret.

- 336 **Ravim** antiqui dicebant pro raucitate. Plautus (Aul.336): „Ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam.“ Item (Cist.304): „experiuravi hercle omnia ad rauacam ravim.“ et in Artemone (8): „et....ravim.“ Caecilius in Hypobolimaeo (84): „Prius ad ravim citam feceris.“

**Ravam vocem....raucam** et parum liquidam, proxime canum latratum sonantem, unde etiam causidicum pugnaciter loquentem rabulam appellabant, ut est apud Lucilium (1289):.....it ravi....elli, nisi....Plautum, qui ait in Aulularia (336): „Ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam prius.“ Et alibi (Cist.304): „Expurgabo hercle....omnia ad rauacam ravim.“

- 354-55 **Temetum** vinum. Plautus in Aulularia (354): "Cererin, Strobile, has sunt facturi nuptias? Qui? Quia temeti nihil allatum intellego." Pomponius in Decima (39): „Non multi....plurimi.“ Novius in duabus Dossennis (17): „Sequimini, i prae, mi nate, sequere, temeti timor.“ idem in Funere (36): „Agite, exite, temulentam tollite“, et †sine surdo† (85): „Ilias habeo temulentas, sed eccas video incedere.“ Afranius in Consobrinis (35): „Pol magis istius temulentae, futilis.“

- 555 **Oculissimum** carissimum „Oculissimum ostium amicae“ Plautus in Curculione (15). Item „oculissime“ (121) dixit, significans carissime. Idem in Pseudolo (301) oculatum pro praesenti ponit, cum dixit: „Emito die caeca hercule olivum, id vendito oculata die.“ Idem alibi (Aul. 555) oculatum Argum .... est. Idem (Truc. 490): „pluris est oculatus testis unus quam auriti decem“, id est qui se vidisse dicat....eam formam ab oculi ap.....

**Argus ocaleus.** Argus nomen esi hominis, qui fuisse fingitur oculis plenus.

- 562-563 **Curionem** agnum Plautus (Aul.562-3) pro macro dixit, quasi cura macruisset.  
- 595 **Nare** a nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans, ut navis. Ennius lib. VII (252): „alter nare cupit, alter pugnare paratust.“ Plautus in Aulularia (595): „Quasi pueri, qui nare discunt, scirpea induitur ratis.“ Natare igitur est, saepius nare, ut dictitare, factitare.

**Scirpus** est id, quod in palustribus locis nascitur leve et procerum, unde tegetes fiunt. Inde proverbium est in eas natum res, quae nullius impedimenti sunt, „in scirpo nodum quaerere.“

Ennius (Sat. 70): „Quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum.“ et Plautus in Aulularia (595): „Quasi pueri, qui nare discunt, scirpea induetur ratis.“

Novius in Phoenissis (79): „Sume arma, iam te occidam clava scirpea.“

- 684 **Resecrare** solvere religione, utique cum reus populum comitiis oraverat per deos, ut eo periculo liberaretut, iubebat magistratus eum resecrare. Plautus (Aul.684): „Resecroque, mater, quod dudum obsecraveram.“

#### *Cistellaria:*

- 304 **Ravim** antiqui dicebant pro raucitate. Plautus (Aul.336): „Ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam.“ Item (Cist.304): „experiuravi hercle omnia ad raucam ravim.“ et in Artemone (8): „et....ravim.“ Caecilius in Hypobolimaeo (84): „Prius ad ravim citam feceris.“

**Ravam vocem**....raucam et parum liquidam, proxime canum latratum sonantem, unde etiam causidicum pugnaciter loquentem rabulam appellabant, ut est apud Lucilium (1289):.....it ravi....elli, nisi....Plautum, qui ait in Aulularia (336): „Ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam prius.“ Et alibi (Cist.304): „Expurgabo hercle....omnia ad raucam ravim.“

- 378 **Vegrande** significare alii aiunt male grande, ut vecors, vesanus, mali cordis maleque sanus. Alii parvom, minutum, ut cum dicimus: vegrande frumentum. Et Plautus in Cistellaria (378): Quin is, si itura es?nimium is vegrandi gradu.“

- 407-8 **Schoeniculas** appellavit meretrices Plautus propter usum unguenti schoeni, quod est pessimi generis. Itaque dixit (Cist. 407): Diabolares schoeniculae, miraculae, cum extertis talis, cum todillis crusculis.“ Idem (Poen. 266): „Prosedas pistorum amicas, reliquias alicarias, miseras schoeno dilibutas, servilicolas sordidas.“

**Crocotillum** valde exile. Plautus (Cist. 408): „Extortis talis cum crocotillis crusculis.“

**Succrotilla** tenuis dicebatur et alta vox. Titinnius in (171)....“feminina fabulare succrotilla vocula.“ Afranius in Epistola (126)....succrotilla voce serio.“ Plautus in describendis mulierum cruribus gracilibus in Sym... (Cist. 408): „Cum extertis talis, cum todellis crusculis“: belle, quae non pedibus valerent.

**Todi** sunt genus avium parvarum ...i, quarum meminit Plautus in Sy...(Cist. 408): „Cum extortis talis, cum todillis crusculis.“

**Todi** genus avium parvarum. Plautus (Cist.408): „Cum extortis talis, cum todillis crusculis.“

#### *Pseudolus:*

- 16 **Supremum** modo significat summum, ut.....(trag.inc.39): „Sup[p]reme bel.....potens.“ Plautus (Pseud. 16): Me antidhac supremum habuisti sem .... consiliis tuis.“ Alias extremum .... in legibus XII (1,9): „Solis occasus diei suprema tempestas esto.... supremo crimine necete tuo.“..... „ab illo sepeliri die l..... „et quasi supremo lo..... tempora voltu.“ Cato (inc. 36) d..... lentis numquam cuiq..... supremam advocationem.“ Alias pro maximo, cum duas oves et triginta boves supremam multam dicent.

- 110 **Turbelas** dixisse antiquos , quas nunc turbas appellamus, testis est Plautus in Pseudolo (110): „Quo pacto et quantas soleam turbelas dare.“

**Turbelas** apud Plautem (Pseud. 110) turbas significat.

- 257 **Quando** cum gravi voce pronuntiatur, significat quoniam, acuta est temporis adverbium, ut Plautus in Menaechmis ait (78): „Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.“ et in Pseudulo (257): „Dabo, quando erit, ducito, quando habebis.“ et Ennius lib.XVI (433): „Nox quando mediis signis praecincta volabit.“ In XII (inc.2) quidem cum c littera ultima scribitur, idemque significat.

- 266 **Poriciam** ...iaciam maxime ....Plautus in Pseudolo (266): „atque in manibus exta teneam, ut poriciam interea loci.“ ..... aris que quod consecrandum.....tra it consumi ....t ut Verrius eodem libro de significatu verborum, sint dicta libe.....t arbitratur ob eam cau.....culo, quia profana ea quoque id est deo dicata, †consume est † necesse; cuius opinionem,

neque in hoc, neque in aliis compluribus refutare minime necesse est, cum propositum habeam ex tanto librorum eius numero intermortua iam et sepulta verba atque ipso saepe confitente nullius usus aut auctoritatis praeterire, et reliqua quam brevissime redigere in libros admodum paucos. Ea autem, de quibus dissentio, et aperte et breviter, ut sciero, scribta in [h]is libris meis invenientur, qui inscribuntur „priscorum verborum cum exemplis.“

- 301 **Oculissimum** carissimum „Oculissimum ostium amicae“ Plautus in Curculione (15). Item „oculissime“ (121) dixit, significans carissime. Idem in Pseudolo (301) oculatum pro praesenti ponit, cum dixit: „Emito die caeca hercule olivum, id vendito oculata die.“ Idem alibi (Aul. 555) oculatum Argum .... est. Idem (Truc. 490): „pluris est oculatus testis unus quam auriti decem“, id est qui se vidisse dicat.eam formam ab oculi ap.....

**Oculatum** pro praesenti posuit Plautus, cum dixit (Pseud. 301): „Oculata die.“ Item ipse (Truc. 490): „Pluris est oculatus testis unus quam auriti decem,“ id est qui se vidisse dicat.

- 592 **Nobilem** antiqui pro noto ponebant, et quidem per g litteram ut Plautus in Pseudolo (964): „Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.“ et (592): „oculis meis obviam ignobilis obicitur.“ Accius in Diomede (283): „Ergo me Argos referam, nam hic sum nobilis.“ Livius in †Virgo†(3): „†ornamentu incendunt † nobili ignobiles.“

- 778 **Perbitere** Plautus (Pseud.778, Rud. 495) pro perire posuit.

- 964 **Nobilem** antiqui pro noto ponebant, et quidem per g litteram ut Plautus in Pseudolo (964): „Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.“ et (592): „oculis meis obviam ignobilis obicitur.“ Accius in Diomede (283): „Ergo me Argos referam, nam hic sum nobilis.“ Livius in †Virgo†(3): „†ornamentu incendunt † nobili ignobiles.“

**Nobilem** antiqui pro noto ponebant. Plautus (Pseud. 964): „Peregrina facies atque ignobilis.“

- 1200 **Putum** .... pro puro dixisse antiquos, u.....decisum est i.....Cornificius ait. neque .....Ennius in Alexandro (62): .....amidio purus putus.“ Et Plautus: „Purus putus hic sycophanta est.“..... quo certior sc..... Aurum quoque putatum dici solet, id est expurgatum, et ratio putata, id est pura facta.

- 1278 **Naenia** est carmen, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam .... Afranius in Materteris (218): .... quia seant ..... significari credi ..... Plautus ..... „abi ergo ..... Idem (Truc. 213): „Huic homini amanti mea era apud nos naeniam dixit domi“; et ap ..... naeniam esto.“ Quosdam ..... quod ei voci similior querimonia flentium sit. quidam aiunt naeniae ductum nomen ab extremi intestini vocabulo .....nio utitur Plautus in Bacchidibus (887): „Si tibi est machaera, at nobis vervina est domi, qua quidem te reddam, ubi tu me irritaveris, confossorem soricina nenia ..... do efferim..... m..... Graeci νέατον dicunt .... chordarum ultima νήτη ..... vocem extremam cantionis neniam appellarunt.